

Verum quidem est, quod longe maxima vis, majestas,
et equitas legibus Romanis, imprimis vero immensi
isti Digestorum corpori insit, ast hec equitatis
momenta ex ipso Nature Juris fluunt et maxima
horum pars citra cognitionem Juris Romani
non potest non vel illis etiam, qui particulam
rationis gaudent, notissima esse. In Antiquis
Germaniae legibus speculo cum primis Saxonico
et Suevo majora equitatis fundamenta advertimus,
a Romani exhibent, quod vel unicum istud dogma,
quod omne pactum precise servandum imperat
secundum paternam vim vobis vim vobis vim
Morum vim Morum, evidenter satis commenstrare
potest, ast quantis Jus Romanum circa materiam
de nudo pacto scatet nugis! id fateor lubens,
miram in hisce speculis reperiri confusionem,
et philosophandi imbecillitatem, ast excusationem
facile obtinebunt compilatores ab illis, qui barbariam
horum temporum novit, laudandus erat conatus,
vix saepe subsidiis destitutus. Ceterum putem,

q. m. v.

Vir Illustris et Excellentissime,

1798

Fautor multum Colende,

Magno me gaudio et incredibili affectu voluptate,
quod doctissimis pariter et humanissimis respon-
sionibus, omni auro mihi carioribus, me non tan-
tum condecorare, sed et tam prolixissimo Tu
in me affectus monumento corroborare volueris.
Quo nomine, non quas debeo, sed quas possum,
Tibi persolvere gratias, pro summa repentinis
letitia, si obsequio, observantia, et quocumque
devotionis genere meum in Te animum, semper
deditissimum, declarare valebo.
Perplacet sane incomparabile illud, quod de reforman-
do miserrimo Jurisprudentia nostra statu tulisti
iudicium. Miror, vale, letos nostros, ubi genui-
na Juris Cujusdam rationalis principia, ex
fonte Juris Nature, divini, philosophia rationali